



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 67. Aldobrandinus Cardinalis in Poloniam Legatus a Papa decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1588.

enormitate commovebatur, ut altera post Nativitatis dominicæ festivitatem die mærore absumptus animam redderet: erat enim tanto studio fœderatis addictus, ut veram Guisii Ducis, quem pium Principem appellabat, imaginem exspirans deoscularetur, arreptaque Regis effigie illum crudelem, ac tyrannum nuncupans, iconem illius confringeret, ac in frustra dilaceraret.

§. LXVII.

Aldobrandinus Cardinalis in Poloniam Legatus a Papa decretus.

Thuan. l. 88.

Cum interea tumultus in Polonia continuato furore ferverent, Sixtus V. eo Legatum decernere statuit, hocque officium præ ceteris Hyppolito Aldobrandino commisit, qui etiam die vigesima tertia Maji hoc anno ampla instructus agendi facultate Roma discessit, quo adventante Sigismundus Sveciæ Princeps ad omnes belli jure captos libertati reddendos paratissimum exhibebat animum, dummodo Maximilianus Cæsaris Filius ibidem captus omnibus suis in Poloniæ Regnum juribus cederet: verum hic pravis suorum fautorum consiliis seductus de suis juribus nihil omnino remittere, tam firmiter decreverat, ut Legatus re infecta hoc anno discedere cogeretur.

§. LXVIII.